

Pierre des Ruaux, Grandmaster. Sentence delivered against Chevalier de la Motte, commander at Montliouse, by the Grandmaster des Ruaux, during the Chapter General held in Boigni on the 2nd June 1438. Original document lost; copy on paper undated carrying notice of 'extrait des archives de l'ordre'. Bibl. nat. France, ms francais 20332 (microfilm 9606), fol.18

- Transcribed in: Pièces Justificatives [doc. no. 19] in Gautier de Sibert. Histoire des Ordres Royaux, Hospitaliers-Militaires de Notre-Dame du Mont Carmel et de Saint-Lazare de Jérusalem. Imprimerie Royale, Paris, 1772, p.lxi-lxii
- Transcribed in: R. Hyacinthe. L'Ordre de Saint-Lazare de Jérusalem au Moyen Age. Études & Communication Édition, Bez-et-Esparon, 2003, +253p. [doc. no. IX] [ISBN: 2911722205]

XXX

Pièces justificatives,

N.° 19.

EXTRAIT DES ARCHIVES DE L'ORDRE.

SENTENCE rendue contre le Chevalier de la Motte, commandeur de Montliouft, par le Grand-maitre des Ruaux, dans un Chapitre général tenu à Boigni le 2 juin 1438.

UNIVERSIS præsentis Litteras inspecturis, Frater Petrus des Ruaux, Miles, humilis Magister venerabilis totius Ordinis Militiæ Sancti Lazari Hierosolimitani, Ordinis Sancti Augustini, citra & ultra mare, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, totusque conventus Ordinis ejusdem, ac Præceptor seu Provisor domus nostræ de Boigniaco diocesis Aurelianensis, salutem in eo cui servire, regnare, &c. Fama publica referente, ad auditum nostrum pervenit, quod Frater Nicolaus de Mota, qui olim regimini domus nostræ de Monteliote, Sagiensis diocesis,

Pièces justificatives.

xxxj

præfixus extiterat, quamvis indignus, & cum speraremus tamen ejus circumspeditione hereditaria, jura ac redeveria nostra domus ante dictæ utilia suscipere incrementa, eundemque Fratrem villicationis fructum bonum reportare debere, proh dolor! effectus est prodigus ipsius domus desertor, & bonorum ejusdem dissipator, otio, venationi, ac ebrietati vacando. Nam, ut fide dignorum accepimus testimonio, cum ipse deberet jura alienata, seu dissipata, ad proprietatem ejusdem domus reducere, ipse tamen jura cognita & clara ejusdem domus alienare, domos ac edificia dirumpere, rudera ac materias utpote ligna, tegulas, lapides ac alia distrahere non formidavit, terras arabiles, & agriculturæ applicari consuetas, hortos & pomaria ad desertum & solitudinem redegit, arbores fructiferas & alias non caducas secavit, domum ante dictam nec minime postposuit, privilegiorum & largitionum & aliorum titulorum cartas de dicta domo abstulit, in Laicos conferendo, & ut veraciter loquamur, domum ante dictam funditus & radicans prostituit, ipsamque absque regimine deseruit, & ut vagus & profugus abiit. Non possumus tot mala sub dissimulatione transire, itaque eundem Fratrem Nicolaum de Mota ab administratione ejusdem domus suspendimus, ac propter sua demerita suspensum declaramus: volentes insuper his malis, quantum cum Deo poterimus, occurrere, ac domui nostræ ante dictæ, celeriter providendum est ne funditus corruat; & ad plenum certiorati de fidelitate, industria & circumspeditione Religiosi Fratris Mathæi le Bourrelier, eidem Fratri Matheo le Bourrelier regimen & administrationem domus nostræ ante dictæ in forma provisionis, & quousque per nos sit aliter provisum, commisimus & concessimus, committimusque & concedimus per presentes, ut per ipsius circumspeditionem, distracta, alienata, seu dissipata, ad dictam domum. terre arabiles, horti, pomaria & alia arabilis culturæ, applicari valeant; mandantes & præcipientes

xxxij

Pièces justificatives.

insuper eidem Fratri Matheo le Bourrelier, omnibusque aliis nostris Religiosis, quatenus ipsum Fratrem Nicolaum de Mota ad ejus personam, si ipsam apprehendere valeant, alioquin, ad portam capellæ domus nostræ, aut in parochiis vicinis dum ibidem divina celebrabuntur, citent, ac certum diem & competentem sibi assignent ad comparandum personaliter in domo nostra de Bogniaco, & in capitulo per nos celebrando, super præmissis se purgaturum, si purgare se potuit, dicturum & allegaturum omne & quidquid dicere seu allegare voluerit, & alias punitionem recepturum, prout justitia sua debet, & prout postulabit ordo juris; & ad hoc faciendum, reverendum in Christo Patrem Episcopum Dominum Sagiensem, & ejus Vicarios & Officiales, cæterosque viros ecclesiasticos in juris subsidium requirimus & rogamus, dantes & concedentes eidem Fratri Matheo le Bourrelier, auctoritatem & mandatum speciale, administrandi, regendi, bona ejusdem domus, jura debita ac redeveria cum arreragiis præteriti temporis, si quæ fuerint. . . . requirendi, petendi, recipiendi, & de receptis acquitandi, quædam bona mobilia, localia, libros, ornamenta, cartas & alia bona, quæcumque sunt illa, domui nostræ spectantia, distracta & alienata, repetendi, vendicandi & recuperandi, & de receptis acquitandi, & pro his omnibus in judicio standi, comparandi, & procuraciones ad lites substituendi, ordinandi, ac omnia alia & singula quæ provisores seu commendatores domorum nostrarum faciunt seu facere consueverunt in suis administrationibus exercendis, ita tamen quod præfatus Mathæus in capitulis nostræ domus generalibus personaliter compareat, atque pensiones debitas & consuetas nobis per singulos annos persolvere, suæ administrationis rationem, seu de receptis computum nobis reddere tenebitur, quotiescumque fuerit requisitus; mandantes & præcipientes omnibus & singulis Religiosis nobis subditis, quatenus præfato Fratri Matheo in præmissis & omnibus circumstantiis obediant pariter

&

Pièces justificatives.

xxxiiij

& intendant , rogantes & deprecantes omnes & singulos alios ,
quatenus sæpe dicto Fratri Matheo auxilium , consilium & favorem
præstent pariter & exhibeant. In cujus rei testimonium , Litteris
præsentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum &
actum in capitulo nostro generali , nobis more solito congregatis ,
capitulumque nostrum generale tenentibus & celebrantibus , anno
Domini millesimo quadringentesimo trigesimo octavo , mensis junii
die secunda. *Signé GASTELLARI*, *Secrétaire de l'Ordre , de*
præcepto Domini.
